

& diebus: Vota quidem intelligens non ea quae Monasticae.  
in scripturis celebrantur, quæ liberè. spontè. ac  
deliberatè concipiuntur, in rebus honestis licitis  
& possibilibus, eum in finem, ut gloria DEI &  
commodum proximi queratur & promoteatur:  
Sed ea duntaxat, quæ à Pontificijs mandantur,  
quæ sunt coacta, temeraria, inconsulta, impia,  
superstitiosa: qualia sunt Vota Monastica omnia:  
de quibus per quām & prolixè & accurrātē dis-  
serit Confessio nostra Articulo sexto mutatorum  
abusuum.

91. Sic per traditiones de cibis & diebus intel-  
ligunt Confessores nostri Iejunia Pontificiorum,  
quæ primum vitiosa sunt quoad materiam. Nam  
jejuniū ratio, qualis in sacris describitur, omnimo-  
dum requirit à cibo potuq; abstinentiam. 1. Sam.  
7. Ionæ. 3. Pontificij vero cibos potumq; admit-  
tunt, imò (ridiculè) in ipso certorum ciborum  
delectu, jejuniū vim ac substantiam penè omnem  
collocant.

92. Deinde Iejuniorum usum scriptura nulli  
certo tempore, aut certis quibusdā diebus assignat:  
sed necessitatis casui, & periculorum ac calamiti-  
tatum publicarum ingruentium momentis libe-  
rum ac proprium concedit. At Pontificij fixum,  
statum atque anniversarium jejunium, quod  
Quadragesimale appellant, sub absolutâ neces-  
sitatis specie constituunt & urgent.

Discrimen  
Ciborum  
Pontifici-  
um.

P p s Cni